Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

et ecce ad caput suum subcinericius panis et uas
aque Comedit ergo et bibit et rursum obdormi
uit Reuersusque est angelus domini secundo: et tetigit eum.
Dixitque illi Surge comede Grandis enim tibi re
stat uia Qui cum surrexisset comedit et bibit Et
ambulauit in fortitudine cibi illius: quadragin
ta diebus: et quadraginta noctibus usque ad
montem dei oreb Gra Cuncte tribulationes meas cripe
me domine inde humilitatem meam et laborem meum et dimitte omnia
peccata mea Ad te domine animam meam leuaui meam deus meus in te
confido non erubescam neque irrideant me inimici mei Etenim
universi qui te expectant non confundentur: confundantur omnes
Ps. r. t. Accesserunt Sm Matthm facientes mala
ad iesum scribe et pharisei dicentes Magister
uolumus a te signum uidere Qui respondens ait
illis Generatio mala et adultera signum querit
et signum non dabitur ei: nisi signum ionae prophete.
Sicut enim fuit ionas in uentre ceti tribus diebus
et tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde
terre: tribus diebus et tribus noctibus Viri
ninuite surgent in iudicio cum generatione ista
et condempnabunt eam: quia penitentiam egerunt
in predicatione ionae Et ecce plus quam ionas hic
Regina austri surget in iudicio cum generatione
ista et condempnabit eam: quia uenit a finibus
terre audire sapiam salomonis Et ecce plus quam
salomon hic Cum autem immundus spiritus exierit
ab homine: ambulabat per loca arida: querens
requiem et non inuenit Tunc dicit Reuertar
in domum meam unde exiui Et ueniens inuenit
uacantem: scopis mundatam et ornatam Tunc